



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Qvod Iudaei Messiam, Qvi uenit, ceu uenturum, temere
expectent**

Samuel <Marochitanus>

Argentorati

VD16 S 1561

Capvt XIII. De caecitate Iudaeorum, quod non credunt Christu[m]
adueniße nec intelligunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36159

V E R I M E S S I A E

Et ipse Moyses sanctior parētibz prophetis peccauit, et confitetur per os suū se peccasse, de iusto autem isto dicitur per Esaiā. liij. cap. Qui nunquam peccauit, nec inuēitū est mendaciū in ore eius, de alijs omnibus sanctis dicit deus per os Iob cap. xxv. In omnibus sanctis suis nō est inuētus sine prauitate. Et Hierē. propheta dicit cap. xyij. Corda hominum praua.

CAPVT XIII.

De cecitate Iudæorum, quod non credunt Christū aduenisse nec intelligunt.

TImeo, domine mi, quod sit cōpletū in nobis q̄ dixit dominus per Esaiā prophetā. Cecidit cecitas super Israēl quousq; intrauit plenitudo gentiū, Et iterum dicit cap. vi. Audientes audiēt Et nō intelligēt, et uidentes uidebunt Et non cognoscēt, quia corda istius gentis sunt in grossata. Et adhuc eodē cap. Excæca cor populi huius, Et obtura aures eius ne forte addiscant Et cōuertātur ad me Et sanem eos. Et dixit Esaias. Vsq; quo domine, Et dixit, quousq; sint ciuitates desertæ, et maneat domus sine habitatore. Dixit etiā Daniel cap. xij. Claude sermones et inuoluc prophetiā. Et Hierē. xyij. Peccauit Iudæ scriptū est stilo ferreo in lapide adamantino, Et extensū super latitudinē cordis eorū. Et Esa. cap. primo. Cognouit bos possessorē suū Et asinus præsepe domini sui, populus autē meus non intellexit. Et iterum. viij. Niluus Et hirūdo Et ciconia sciūt tēpus aduentus sui, populus autē meus nō cognouit me, Et hæc omnia, domine mi, dicta sunt propter nos, quia

P A R A S T A S I S.

quia non cognouimus aduentum istius iusti domini. Et de nobis dixit dominus per Esaiam cap. xliij. Elongate foras gentem cecam, & non habentem oculos, & surdam, & non habentem aures, ecce omnes congregati sunt. Et quid uoluit dicere Propheta per hæc uerba, nisi quod Deus nos repulit, quia non cognouimus tempus istius iusti citius. Et congregauit ad se in fide Gentes loco nostri. Super quo admiratus Dauid dixit in psalmo. lxxxi. Hæc est mutatio dextera excelsi. Nos tamẽ Dei sumus in casu isto nostro, & in captiuitate ista, quæ non habet finem in qua sumus, iam sunt mille anni, & hoc tamẽ non accidit ita male patribus nostris, qui adorauerunt idola, & occiderunt prophetas, & transgressi fuerunt legem ex toto corde suo.

CAPVT XV.

Quomodo cecitas Iudeorum & incredulitas circa Christum fuit prænuntiata per prophetas.

Timeo, domine mi, propter hoc quod quia non credimus in isto iusto, idcirco accidit nobis & completum est illud quod dixit Deus per os Esa. cap. xix. Erit prophetia tanquam uerbalibri clausi qui dabitur lectori, & dicetur, iste liber clausus est, nescio quid est in eo, & tunc dabit nescienti litteras, & dicet, nõ sum lector ego. Et quæ clausura libri maior est, domine, quàm clausura qua clausit Deus corda nostra, iam sunt mille anni, & ultra, nec possumus cognoscere per prophetiam nobis traditam à Prophetis super aduentum istius iusti, propter quod alibi dixit Deus per prophetam. Desolabi-